

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1257

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

409. *Pabst Alexander IV gibt dem Visitor der deutschen Franciskanerklöster Vollmacht, unruhige und zänkische Nonnen des Straßburger Franciskanerinnenklosters auszuweisen. 1257 Februar 18 Rom im Lateran.*

Alexander episcopus servus servorum dei dilecto filio fratri . . . ordinis minorum visitatori monasteriorum ordinis sancti Damiani in Alemania salutem et apostolicam 5 benedictionem. dilecte in Christo filie . . . abbatissa et conventus monasterii sancti Francisci Argentinensis ordinis sancti Damiani ut liberius possint domino famulari, ejiciendi moniales, que turbationem et rixam in eodem monasterio^a, et transferendi ad alia monasteria ipsius ordinis, si fuerint incorrigibiles, necnon 10 contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. datum Laterani 12 kalendas martii, pontificatus nostri anno tertio.

Aus Sbaralea Bullar. Francisc. II, 194 nr. 295 nach dem Original i. A. des Franciskanerklosters zu Constanz.

410. *Die Herren von Wangen treten ihren Vogtmann Burchard von Hausbergen 15 mit allen seinen Sachen an das Reuerinnenkloster der heiligen Maria Magdalena zu Straßburg ab. 1257 Mai 24.*

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos Anshelmus, Henricus, Bilgerinus et Hartungus fratres domini de Wangen de comuni consensu et consilio dedimus, donavimus et contulimus propter deum sancte Marie Magdalene 20 et sororibus penitentibus extra muros Argentinenses omne jus, quod habebamus vel quod nobis in posterum posset competere in persona et rebus fratris Burcardi de Husbergen nostri vogetmanni, qui se transtulit ad dictas sorores. et de hoc volumus esse guarandi ipsius Burcardi et earundem sororum in iudicio ecclesiastico et seculari, si fuerit necesse. et hec publice protestamur et promittimus per presentes, 25 quas reverendi patris ac domini nostri H[einrici] Argentinensis episcopi et nostro sigillatas sigillis dictis sororibus conferendas duximus in testimonium et evidenciam premissorum. nos H[einricus] dei gratia episcopus Argentinensis confitemur et protestamur, quod ad petitionem et instanciam predictorum fratrum de Wangen presentibus nostrum appendimus sigillum. anno domini 1257, proxima 5 feria ante 30 festum pentecostes.

B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 3008 or. mb. c. sig. pend. lacso. Ein zweites Siegel ist abgefallen.

^a) Ausgefallen etwa fecerint.

411. *Bischof Heinrich von Straßburg verkauft mit Zustimmung der Bürgerschaft den Franciskanern daselbst ein Grundstück am Hohensteg für 50 Mark. 1257 November 30.*

H[einricus] dei gratia Argentinensis episcopus scire volumus cunctos fideles,
 5 quod nos pro communi totius nostre civitatis utilitate ac necessitate, de consensu
 G[ozelini] magistri¹, consulum et universitatis Argentinensis, prehabita discussione
 diligenti et tractatu communi, facta etiam subastatione, cum deliberatione provida
 vendimus et vendidimus ad opus fratrum minorum in nostra civitate in manus
 domini prepositi sancti Thome magistri Nycolai et Heinrici dicti Marsilii procuratoris
 10 eorundem aream a domo Friderici de Tunzenheim, que sita est juxta portam, que
 dicitur Rintpurgetor, usque ad vicum prope pontem, qui vulgo dicitur Hochstegen²,
 ad palum ibidem a predictis civibus pro signo positum in longitudine et latitudine
 usque ad aquam pro quinquaginta marcis, dantes eis potestatem et auctoritatem
 intrandi dicte aree possessionem. quam aream jure proprio cum proprietate plena et
 15 dominio juxta morem ordinis eorum vendimus et tradimus tenendam perpetuo et
 possidendam, promittentes nos facturos et procuraturos, quod eadem area in toto
 vel in parte non evincatur ab eisdem. viam autem ad publicum et communem usum
 civitatis circa latitudinem quindecim pedum in longitudine dicte aree versus aquam
 relinquent fratres sive conventus antedicti. confitemur etiam presenti scripto supra-
 20 dictum pretium nos recepisse integraliter nobis numeratum et solutum, ad omnia
 supradicta tenenda et servanda nos nostrosque successores per stipulationem obli-
 gantes. in cujus rei evidentiam presentibus litteris nostrum fecimus appendi sigillum.
 nos G[ozelinus] magister, consules et universitas Argentinensis huic supradicte ven-
 ditioni nostrum adhibuimus et adhibemus consensum. in cujus rei evidentiam pre-
 25 sentibus litteris nostrum fecimus appendi sigillum. acta sunt hec anno domini
 1257, pridie kalendas decembris, in festo sancti Andree apostoli.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 2 or. mb. c. sig. pend. delapso.

412. *Gertrud, Otto Marsilius' eines Straßburger Bürgers Gemahlin, schenkt ihren gesammten Besitz zu Königshofen und Eckbolsheim dem Kloster des heiligen
 30 Franciskus zu Straßburg. 1257 December 12 Straßburg.*

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego Gertrudis uxor
 Ottonis filii domini Henrici Marsilii civis Argentinensis de voluntate et consensu

¹ Offenbar ist hier schon der Rath des Jahres 1258 im Amt, an dessen Spitze Gozelinus steht, vergl. nr. 421. Auch enthält ein Rathsmitgliederverzeichniß vom Januar 1257 keinen entsprechenden
 35 Namen, s. Rath- u. Bürgerbuch fol. 11b im Straßb. St. A.: Hug Ripelin der meister, her Albrecht der Wißbeger, Erbe des rihters sün, Reimbolt Virnkorn genant Liebenzeller, Friderich under den kouffluten, Rüdolf von Vegersheim, Reimböldelin, Erbe Clausen sün, Reimbolt Stübenweg, Conrat etwan rihter, Hetzel von Truhtersheim, Friderich Spender, Johans Rudolffs sün des zollers die rete; außerdem als Zeugen Burckart und Claus Zorn her Hug Ripelins süne und ander etwie vil.

² Vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 33 u. 78.

ejusdem mariti mei, cum liberos non habeamus, proprietatem et usumfructum uni-
 versorum honorum meorum, que habui ex successione paterna et materna in villis
 et bannis Kunigeshoven et Ekebolzheim, videlicet duos mansos minus quatuor
 agris et dimidio et tantum de pratis quam quatuor viri una die possunt defalcare,
 que in vulgari virmannemate dicuntur, et annuos reditus triginta solidorum in ortis 5
 in banno et villa Kunigeshoven et in banno Ekebolzheim quinque agros et dimi-
 dium frugiferos sitos pure et liberaliter propter deum et pro remedio mee et paren-
 tum meorum animarum do, confero et assigno monasterio sancti Francisci in
 Argentina ordinis sancti Damiani tenendos imperpetuum ab ipso monasterio et possi-
 dendos cum omni eo jure, quo dicta bona tenui et possedi. que bona dicto mona- 10
 sterio resignavi et possessionem ipsorum tradidi, prout est consuetudinis et moris.
 premissam autem donacionem dictorum honorum et resignacionem et tradicionem
 possessionis eorundem feci et confiteor atque publice protestor per presentes, me
 ipsam fecisse in dicto monasterio coram multis honestis subscriptis anno domini
 1257, in vigilia beate virginis Lucie, quas sigillatas sigillis venerabilium dominorum, 15
 videlicet domini E[berhardi] de Sulze archidiaconi et . . . officialis Argentinensis, qui
 etiam dicte donacioni interfuerat, dicto monasterio duxi conferendas in testimonium
 et evidenciam ac probacionem atque perpetuam memoriam omnium premissorum.
 ego vero Otto antedictus confiteor per presentes, quod premissis meum adhibui et
 adhibeo consensum. in cujus consensus testimonium rogavi prenomatos dominos, 20
 videlicet dominum E[berhardum] de Sulze archidiaconum et . . . officialem, quod sua
 presentibus appenderent sigilla. quibus sigillis sum usus et contentus in hiis litteris,
 cum proprium non habeam sigillum. nos autem E[berhardus] archidiaconus et . . .
 officialis antedicti confitemur et publice protestamur, quod ad petitionem et instan-
 ciam Gertrudis et Ottonis predictorum nostra presentibus appendimus sigilla imper- 25
 petuam memoriam eorundem, cum ipsa facta fuerint coram nobis anno domini 1257,
 in dicto festo beate virginis Lucie, in dicto loco presentibus domino Goscelino
 milite, magistro Gervalco, fratre Johanne gardiano, fratre Hugone de ordine mino-
 rum fratrum, Wernhero dicto Sturm, Rulino ad securim, Sygelino de sancto Thoma,
 Pilgerino de sancta Aurelia, . . . filio Agricole et aliis quam pluribus. 30

1257
 Dec. 12

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 51 fasc. 3 or. mb. c. 2 sig. pend.

413. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet einen Vergleich zwischen dem
 St. Arbogastskloster und gewissen Straßburger Bürgern über die Hinterlassenschaft
 des Ritters Sigelin Bild. 1257 Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

H[einricus] dei gratia episcopus Argentinensis omnibus presentem paginam 35
 inspecturis perpetuam in domino salutem cum noticia subscriptorum. noverint
 universi, quos nosse fuerit oportunum, quod, cum . . . prepositus et conventus
 ecclesie sancti Arbogasti extra muros Argentinenses nobis fuissent conquesti, quod
 Erbo miles de ultra Bruscam, Hartmudus de Sciltikeim ac fratres et sorores ipsius
 cives Argentinenses ipsis abstulerint bona illa, videlicet domum et aream sitam in

civitate Argentinensi, que dicitur Spec unde Erweise, pistrinum quoddam situm apud sanctam Aureliam, aream seu curiam sitam juxta idem pistrinum et quendam agrum frugiferum situm in banno Kunegeshoven, que bona Sigelinus miles dictus Ymago, dum viveret, contulerat ecclesie sancti Arbogasti pro remedio anime sue¹,
 5 nos eisdem partibus iudices dedimus super eisdem bonis Eberhardum de Entringe archidiaconum et Berhtoldum canonicum ecclesie sancti Stephani Argentinensis. qui cum de dicta causa aliquandiu cognovissent^a et testes recepissent, nos propter bonum pacis et concordie dictas partes concordavimus et amicabilem compositionem inter ipsas ordinavimus in hunc modum: quod Erbo et alii prenominati heredes
 10 dicti Sigelini habebunt pistrinum antedictum et ecclesia sancti Arbogasti habebit curiam seu aream juxta idem pistrinum et domum et aream zû Spec unde Erweise et agrum prenominatum. cujus agri tamen usumfructum uxor dicti Sigelini temporibus vite sue habebit et post mortem ejus proprietates ipsius agri et ususfructus cedent ecclesie sancti Arbogasti antedictæ. quam compositionem quia dicte partes
 15 tunc acceptaverunt et ipsam ratam habuerunt, presens pagina perpetuo duratura est super antedictis confecta et nostro ac Eberhardi et Berhtoldi prenominatorum sigillis ad petitionem et instanciam earundem parcium in testimonium et evidenciam ac perpetuam premissorum memoriam sollempniter communita. actum in palacio nostro Argentinensi anno domini 1257.

20 *H aus Straßb. Hosp. A. lad. 174 fasc. 20 or. mb. c. 3 sig. pend.*

414. *Bischof Heinrich und das Domcapitel von Straßburg beschließen, daß von dem Stiftslehen zu Männolsheim, das der Domcanonikus Berthold von Wilsberg aufgegeben, die eine Hälfte dem Domprobst Walther von Geroldseck anheimfallen, die andre zu gemeinem Nutz des Capitels verwandt werden soll. 1257.*

25 H[einricus] dei gracia Argentinensis episcopus universis et singulis presencium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. cum Bertoldus de Wilperc canonicus Argentinensis feodum claustrale, quod habebat ab eadem ecclesia in Meinoltzheim nostre diocesis, cum ejus pertinenciis, presente fratre ipsius Hermanno canonico ejusdem ecclesie, cui idem feodum cum ejus pertinenciis secundum consue-
 30 tudinem ecclesie Argentinensis a dicto Bertoldo fratre suo cum regula fuerat adoptatum, et consenciente, de bona voluntate ipsius resignaverit in manibus prepositi, decani et capituli ecclesie Argentinensis ac cesserit omni juri, quod ei competebat in eodem, ac etiam dictus Hermannus cesserit juri sibi in eodem feodo competenti occasione dicte adoptionis sibi facte cum regula a fratre suo predicto ac renuncia-
 35 rint omnibus actionibus, defensionibus, exceptionibus ac quovis juris auxilio privato

a) *H cognovissent.*

¹ *Cfr. nr. 391.*

vel communi sibi contra dictam resignationem et cessionem competentibus vel etiam
 competitoris, sicut in litteris inde confectis sigillis nostro scilicet et predictorum
Bertoldi et *Hermanni* canonicorum consignatis plenius continetur¹, provida delibe-
 ratione de unanimi consensu et voluntate *Bertoldi* et *Hermanni* predictorum una
 cum prelati et toto capitulo ecclesie nostre memorate auctoritate ordinaria duximus
 ordinandum sive statuendum, ut de cetero dictum feodum cum ejus pertinenciis
 nulli canonico privato aliquatinus concedatur vel conferatur, sed potius ad commu-
 nes usus prepositi et capituli pertineat, sic videlicet, ut *Waltherus* de *Geroltsecke*
 nunc dicte ecclesie nostre prepositus medietatem ejusdem feodi cum fructibus inde
 provenientius, jus advocatie, collationem vicarie et officii judicandi in dicta villa
Meinoltzheim necnon pullos et anseres occasione dicti feodi dari consuetas habeat
 et retineat, quoad vixerit, sine contradictione cujuslibet libere et absolute. habet
 quoque et habebit plenariam potestatem ordinandi seu disponendi, ut medietas dicti
 feodi cum ejus pertinenciis et juribus predictis post mortem suam vel ad prelaturam
 sive ad officium prepositure vel etiam ad communes usus capituli ecclesie nostre
Argentinensis pertineat memorate. et quod ab ipso *Walthero* nunc preposito inde
 sic ordinatum fuerit, ratum et firmum per nos et capitulum dicte ecclesie nostre
 habetur et habebitur in futurum, de reliqua vero medietate cum ejus pertinenciis
 sic statuimus, ut jam ad communes usus fratrum pertineat et quod ipsum capitulum
 deinceps ordinet et disponat de eadem, prout sibi et utilitati ecclesie viderit expe-
 dire. similiter quoque de altera medietate ipsius feodi cum ejus juribus et pertinenciis
 post mortem ipsius *Waltheri* nunc prepositi ipsum capitulum ordinabit, quod
 expedire sibi visum fuerit, si per dominum *Waltherum* nunc prepositum in vita
 sua de hoc nichil fuerit ordinatum. *Bertoldus* etiam et *Hermannus* fratres predicti
 nec quisquam alius de capitulo quicquam juris singulariter in dicto feodo vel parte
 ipsius sibi de cetero vendicabit, excepto solo *Walthero* nunc preposito, ut superius
 est premissum. sed prepositus et capitulum, ut predictum est, de eodem feodo et
 ejus pertinenciis, prout eis expedire videbitur, ordinabunt. nos prepositus, decanus,
 cantor, *Bertoldus* et *Hermannus* de *Wilperc* fratres predicti totumque capitulum
 dicte ecclesie *Argentinensis* confitemur et presentibus protestamur, omnia premissa
 per dominum nostrum episcopum predictum una nobiscum sic esse statuta et ordi-
 nata, ut superius sunt preacta. et in evidenciam ac probationem premissorum est
 presens littera conscripta et sigillorum nostri videlicet *H[einrici]* dei gracia episcopi
Argentinensis et dominorum predictorum et ipsius capituli munimine robo-
 rata. actum anno domini 1257.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2711 or. mb. c. 6 sig. pend.

¹ Die bezügliche Resignationsurkunde *Bertholds* von *Wilsberg* aus demselben Jahre 1257 befindet sich im *Straßb. Bez.-A. G fasc. 2711 or. mb. c. 3 sig. pend.*, gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei *Grandier Oeuv. inéd. III, 407 nr. 483.*

415. *Bischof Heinrich von Straßburg verfügt gegen die Ansprüche der Vikare von St. Aurelien die kirchliche Zugehörigkeit der Bewohner Ottenkelns zur St. Arbogastskirche. 1257 Straßburg.*

H[einricus] dei gracia episcopus Argentinensis omnibus presentem paginam
 5 inspecturis perpetuo in domino salutem cum noticia subscriptorum. noverint
 universi, quos nosse fuerit oportunum, quod, cum a temporibus longe retroactis
 persone ille, que fecerunt et faciunt residenciam ac manserunt et manent apud
 Ottenkeln, ante tempora nostra et eciam nostris temporibus ecclesiastica sacramenta
 et sepulturam receperint ab ecclesia sancti Arbogasti extra muros Argentinenses et
 10 super hoc prepositus et conventus ecclesie sancti Arbogasti antedecte fuissent multo-
 ciens impulsati in nostro iudicio a vicariis ecclesie sancte Aurelie Argentinensis
 asserentibus, dictas personas pertinere debere ad parrochiam sancte Aurelie, nos
 sentencialiter sic duximus^a statuendum et ordinandum, quod de cetero in perpetuum
 inhabitatores^b dicti loci Ottenkeln ecclesiastica sacramenta et sepulturam recipient
 15 ab ecclesia sancti Arbogasti, sicut prius eciam receperunt, et quod licebit deinceps
 in perpetuum familie prepositi et conventus predictorum, que manet in hospitali et
 infra septa ecclesie sancti Arbogasti, facere confessiones custodi sancti Arbogasti
 et recipere ab eadem ecclesia sepulturam et ecclesiastica sacramenta, non obstante
 contradicione aliqua vicariorum ecclesie sancte Aurelie predictorum, tradentes
 20 presentem paginam sigillo nostro munitam dicte ecclesie sancti Arbogasti in testi-
 monium et evidenciam premissorum. datum Argentine anno domini 1257.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 1700 cop. chart. sec. XV, Privilegienbuch von St. Arbo-
 gast fol. 18.*

*Gedruckt ohne nähere Quellenangabe mit einigen Abweichungen bei Grandidier Oeuv. inéd.
 25 III, 413 nr. 486.*

416. *Erzbischof Konrad von Köln trägt auf Grund eines päpstlichen Mandats dem Custos von St. Thomas zu Straßburg auf, gegen Alle, welche die Straßburger Dominikaner schädigen, mit Kirchenstrafen einzuschreiten. 1257 Köln.*

Conradus dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus¹, Ytalie archi-
 30 cancellarius . . custodi sancti Thome Argentinensis salutem in domino. litteras
 domini pape non cancellatas, non viciatas recepimus in hunc modum :

Alexander episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . archiepiscopo
 Coloniensi salutem et apostolicam benedictionem. inundans malicia perversorum
 viris sancte religioni deditis adeo frequenter exhibet se molestam, quod ipsi divino
 35 cultui, ut deberent, vacare non possunt, dum illorum maliciis agitantur. cum
 igitur, sicut dilecti filii . . prior provincialis Alemannie et fratres sui prioratus

a) *B* diximus. b) *B* inhabitatores.

¹ *Konrad von Hochstaden Erzbischof von Köln, 1238—1261.*

ordinis predicatorum nobis significare curarunt, nonnulli, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, ipsos graviter molestare presumant, nos et presumptorum hujusmodi refragari conatibus et dictorum prioris et fratrum gravaminibus volentes congruis remediis subvenire ad instar felicitis recordationis [Innocentii] pape predecessoris nostri fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsos in personis vel rebus non permittas contra indulta privilegiorum et indulgentiarum sedis apostolice ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo, non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali¹. datum Neapoli 2 idus maji, pontificatus nostri anno primo.

1255
Mai 14
Neapel.

Hujus igitur auctoritate mandati mandamus tibi, quatenus secundum tenorem ipsius procedendo omnes, qui priorem et fratres ordinis predicatorum Argentinensium in personis aut rebus ad ipsos pertinentibus molestare presumpserint, sive clerici sive religiosi seu layci exstiterint, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam compescere non obmittas. datum Colonie anno domini 1257.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 2 or. mb. c. sig. pend. laeso.

417. *Erzbischof Konrad von Köln befiehlt dem Custos von St. Thomas zu Straßburg auf Grund eines päpstlichen Mandats, Alle, die nach der Bekanntmachung seines Verbots auf der Straßburger Synode die Dominikaner daselbst bedrückt haben, zu excommuniciren und dies auf das Verlangen des Ordens im Münster und den Parochialkirchen Straßburgs sowie in Schlettstadt zu verkünden. 1257 Köln.*

Conradus dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, per Ytaliam archicancellarius, honorabili viro . . . custodi ecclesie canonico sancti Thome Argentinensis salutem in domino. mandatum domini pape recepimus in hec verba: [folgt das in nr. 416 inserirte Mandat Alexanders IV]. hujus igitur auctoritate mandati vobis sub pena excommunicationis, qua vos esse ligatum volumus, si nostro mandato inobediens fueritis, districte precipimus, quatenus omnes illos auctoritate nostra denunciatis excommunicatos, qui post inhibitionem nostram in synodo Argentinensi publicatam, ne quis fratres predicatorum aut sorores ejusdem ordinis contra indulta sedis apostolice vel legatorum ejus indebite gravaret, fratres predictos ac sorores injuriose molestaverunt. eadem distictione vobis precipimus, quatinus hanc denunciationem faciatis publice in ecclesia majori et omnibus parochialibus ecclesiis Argentinensibus et in Slezstat, quotiens a fratribus predictis fueritis requisitus. datum Colonie anno domini 1257.

T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 2 or. mb. c. sig. pend.

¹ Cfr. nr. 354 not. 2.